

Adrian. Turturis, part. 2. c. 15. Adrianus ab Adriano ex Societate Jesu lib. de vita Monastica, & ejus origine, cap. 2. Jacobus Boulducus de Ecclesia ante legem, c. 3. s. Qui gestus, & multi alii, quos citant, ac sequuntur M. Thomas de Jesu, in Regul. Carmel. part. 1. c. 1. s. Pro quo, M. Michael Monoz in propugnaculo Elie lib. 2. tit. 2. cap. 2. art. 6. n. 16. Franciscus a Maria in Historia Prophetica tom. 1. præcipue lib. 2. c. 13. Lezana citatus, n. 14. qui omnes agnoscunt tria vota in Esenis; quod verisimile videtur Suarez tom. 3. de Relig. lib. 3. c. 1. noster Beauxamis in Herm. Evang. tom. 1. ad cap. 3. Matth. & 3. Luc.

Agena quadam conclusurunt. Circumierunt suis caribus fines orbis terrarum, errores ut zizanias eradicaunt, aras ut spinas quasdam amputarunt, idola tanquam feras interfecerunt; demones ut lupos profugarunt; Ecclesiam ut gregem quendam collegerunt: Orthodoxos tanquam frumentum congregaverunt: Hæreses ut paleas projecerunt, Judæismum tanquam fenum arefecerunt. Græcorum sectam tanquam stipulas quasdam igni combusserunt. Humanam naturam crucis ipsa tanquam aratro quodam excoluerunt, & verbum Dei, ut sementem quandam sparserunt. Ad summum, omnia illorum facta, tanquam sidera quadam effulserunt. Quamobrem clara voce illis dicebat Dominus: vos estis lux mundi. Intuere astra hæc, & illorum splendorem obstruete.

QUESTIO V.

Suprema laminaria totius Ecclesie Dei, Apostoli nempe altissima, & consummata perfectione, ac excellentia fecerant vota obedientia, paupertatis, ac castitatis, & unde hæc vota in eis colligantur?

SUMMARIUM.

- 33. Sacratissimi Apostoli in supremo sanctitatis vertice, Beatissima Maria Virgine excelsa, & n. 34.
35. Apostoli Christi virtutes imitabantur.
36. Apostoli in summa paupertate obedientia ac castitate vivebant, & n. 37.
38. Apostoli fecerunt votum paupertatis, obedientia, ac castitatis, constans sententia inter Catholicos.
39. Colliguntur hæc vota ex eorum factis adjunctis locis scriptura.
40. Apostoli ob suam sublimem sanctitatem bene sciebant excellentius esse opus cum voto, quam sine illo, n. 41.
42. Aliqualiter colliguntur vota in Elia, ac filiis Prophetarum ex factis.
33. Sacratissimi Apostoli supereminet in omni iustitia, sanctitate, ac perfectione altissima omnibus sanctis, tam qui fuerunt ab exordio mundi, quam qui erunt usque ad finem sæculi, sacratissima Virgine Maria excepta; & etiam Joanne Baptista, ut multis contendit Benedict. Justinianus tom. 1. in epistolas Pauli in Prolog. disp. 1. c. 5. a n. 9. & 10. ac deinceps, à qua quæstione modo abstinco & aliis remitto. Certum est ergo, quod sacratissimi Apostoli, utpotè socii, ac collaterales Christi fuerunt in supremo, ac eminentissimo omnis sanctitatis fastigio.
34. Pro qua re unus audiendus est Chrysostom. homil. de sancto Andrea, quæ extat apud Sorianum die 30. Novembris, & ait. Nihil unquam tale fuit, quale fuerunt Apostoli; Hi cum Dei verbi essent ministri arreclarunt incarnationem illum, qui ut Deus figuram non habet, secuti sunt ambulantes eum, qui ubique presens est. Discreverunt una cum illo, qui nullo loco sit inscribitur. Ejus vocem audierunt, qui verbo fecit omnia, mundum ipsum lingua, tanquam

Hæc fulgentissima Sydera magno omnium virtutum fulgore resplenderunt, & totum orbem illuminarunt, & inter cætera maxime in rem nostram perpende illorum extremam paupertatem, exactissimam obedientiam, ac admirabilem castitatem. Sequentur enim Christum, non solum corpore, sed & animo, illius virtutem imitantes. Christus in summa paupertate vivebat, ut de se diceret: Ego mendicus sum & pauper. Psal. 21. & iterum apud Matth. 8. n. 29. Vulpes foveas habent, & volucres celi nidos; filius autem hominis non habet, ubi reclinet caput suum. Sic & Apostoli in summa paupertate vivebant, ut optime colligit D. Hieron. ex illo Matth. 17. n. 26. Quia ut Dominus tributum redderet pro se, & Petro misit illum ad mare, ut inde afferret, quo tributum persolveretur, quia aliunde æs aliorum habebat. Et si Judas habeat oculos, Joan. 12. n. 6. erant ex his, quæ ex elemosynis, ut notat D. Augustinus lib. de Mendac. c. 5. & de oper. Monach. c. 14. Quibus fervarentur ea, quæ dabantur ad usus necessarios.
In Apostolis maxime resplendit obedientia erga Christum, qui patri suo Aeterno: Factus est obediens usque ad mortem. Apostoli Christum sequuti sunt, hoc est ejus virtutes, & actiones imitantes. Deinde ex eo, quod se cœlesti Magistro in disciplinam tradiderunt inde consequens fuit, ut ad ejus nutum, ac obedientiam, maxime promptos se præberent. Et confirmatur, quia non invenies in Evangelio, quod Apostoli tenaci animo Christi mandatis resisterent, in omnibus tam dictis, quam factis, maxime fuerunt obediētes, ac obsequentes.

In castitate maxime illius tres fuerunt, nam teste D. Hieronymo lib. 1. contra Jovinianum, omnes Apostoli, excepto D. Petro fuerunt virgines. Tertullianus lib. de Monogamia, ait Petrum solum invenio maritatum per locrum: ceteros cum maritatos non invenio, aut spadones intelligi necesse est, aut continentes. Id autem quod in actis Apostolorum 21. n. 9. de filiabus Philippi dicitur; constat ex textu, quod non ad Philippum Apostolum, sed ad Philippum diaconum referendum sit, ut notat D. Hieron. Epistol. 27. expressè ait textus de tali Philippo, erat unus ex septem, scilicet Diaconis esto concedatur, quod aliqui ex Apostolis fuerint exorati, tamen post vocationem Christi tales uxores habuerunt loco fororum

fororum, & non ad alium usum, ut docent D. Hieron. lib. 1. contra Jovinian. & Clemens Alexandrinus lib. 3. Stromat. admonente Christo Domino. Omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, vel sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Matth. 19. num. 19. Quæ omnia sancti Apostoli exactissime implerunt. Quas omnes virtutes sanctissimi Apostoli, non solum libenti animo amplexati, sed ferventissima charitate, perfectissimo, ac excellentissimo modo votis firmarunt, voventes paupertatem, obedientiam, ac castitatem. Hæc consilio est communis inter Catholicos contra Hæreticos, eam tenent D. Thom. 2. 2. quæst. 88. art. 4. ad 3. Noster Vvalden. tom. 1. de Sacramental. tit. 9. cap. 83. 84. & tom. 3. Doctrinalis fidei. c. 31. & 32. Clitoveus lib. 3. de votis monasticis cap. 5. Soto lib. 7. de Justitia q. 5. art. 1. præsentim Corollar. 6. & 7. Castro contra Hæreses verb. votum, & Navarr. Commentar. de Regularib. n. 3. & de redditibus Ecclesie monit. 3. Rodriguez tom. 1. q. 2. art. 1. Miranda tom. 1. Manuali q. 3. art. 2. Vasquez 1. 2. disp. 165. c. 5. Valentia 2. 2. disp. 10. punct. 1. 9. Henriquez lib. 10. de sacram. Ordinis c. 1. Suar. 3. de Relig. lib. 3. c. 2. & sic multi alii Doctores.
Cum autem hæc vota sacrorum Apostolorum non habeantur expresse in scriptura, eorum tamen factis optimo, ac valido fundamento colligunt citati Doctores De Petro, & Andrea dicitur Matth. 4. Relictis vestibus secuti sunt eum, scilicet Christum, & in persona omnium Apostolorum ait Petrus ad Christum Dominum Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Matth. 19. Reliquimus omnia Constanti ac resoluti animo in perpetuum; ex quibus verbis D. Augustinus statim citandus colligit eorum votum paupertatis, & secuti sumus te, non tantum imitando, sed firmo, ac determinato animo obediendi, ac exequendi quæcumque mandata fuerint quod perfectissime tantum fit per votum obedientia. Et quia nemo potest sequi Christum ad omnia mandata, & ad quemcumque locum uxori obligatus, ideo ibi involvitur, & supponitur Castitatis votum. Unde Christus D. dicebat: Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem suam, uxorem, & filios & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. Luc. 14. num. 26.
Probatum etiam ex illis verbis Christi Domini. Si quis vult venire post me abneget semetipsum, & sequatur me Matth. 16. n. 24. Homo maxime se ipsum abnegat, ut sancti Patres exponunt, quando se privat sua propria voluntate; voluntas enim est quid insigniter proprium hominis, & tunc valde peculiariter homo se privat sua libertate, quando per sui traditionem se subjicit alterius obedientia: quod perfectè fit per votum illius; & tunc etiam perfectè abneget semetipsum, quando se abneget suis appetitibus per votum castitatis, ac se abneget terrenis rebus per votum paupertatis: & quia Apostoli exactissime observabant Christi doctrinam ad unguem, inde abnegabant seipfos suæ voluntati, per

votum obedientia, & suis appetitibus per votum castitatis; & terrenis rebus per votum paupertatis.
Confirmatur; Quia sacri Apostoli ob suam sublimem, ac eximiam sanctitatem, bene cognoscebant, quod perfectius, excellentius, ac magis meritorium erat opus voto firmatum quam sine illo. Hinc suas præclarissimas virtutes, ac eximias perfectiones, voto adjuncto firmabant, muniebant, ut docent D. Augustinus lib. 17. de Civitate Dei cap. 4. & in Psal. 131. D. Hieron. lib. de viris illustribus in Philone. Eusebius lib. 1. Historiar. D. Thom. 2. 2. quæst. 88. art. 4. ad 3. ait: Apostoli intelliguntur vovisse pernentia ad perfectionis statum, quando Christum relicto omnibus sunt secuti. Similiter dicunt plures Auctores de Joanne Baptista; Inde ad aliqualem eorum umbram, odorem, ac vestigium liceat colligere hæc vota in Elia, ac Eliseo, ac filiis Prophetarum, non tamen eodem modo, ac eadem perfectione ut in Apostolis, sed multo inferiori, ac minori, quantum imperfecto illius legis patiebatur. & ideo prius videamus facta postea veniemus ad vota.

QUESTIO VI.

Eximia obedientia, paupertas, ac virginitas in Elia.

SUMMARIUM.

- 42. Perfecta, & magna obedientia Elia.
43. Plusquam viginti præcepta imposita sunt Elia.
44. Alii Propheta ad unum, vel alterum Dei præceptum respondens, Elias ob singularem ejus obedientiam obtinuit ad multa.
45. Elias mirabilis in virginitate, inde curru igneo incombustus feritur in celum.
46. Elias primus virginitatem coluit.
47. Elias valde mirabilis in paupertate, Tempore famis mandatur exire de populo, quia non habebat unde ex elemosynis sustentaretur, ibid.
48. Ex Apostolo Paulo probatur paupertas Elia in vestitu, & cibo.
Perfectissimam Elia obedientiam ostendit Joannes Jerosolymitanus lib. de Institut. Monach. cap. 6. Dicens, Qui semel se ipsum prorsus abnegans, & voluntati proprie abrenunciatus, superioris, idest Dei voluntatem prorsus secutus fuit, quemadmodum de eo scriptum est. Abiit quocumque eum ferebat voluntas, scilicet Dei; & in ista sequela Divinae voluntatis stat summa, & perfecta obedientia, ut docent Bellarm. lib. 1. de Monachis c. 21. Suar. tom. 3. de Reg. lib. 3. c. 2. n. 5. & 6. unde Dominicus Gravina sacri Ordinis Prædicator. in libro, cui Titulus est Vox Turturis part. 2. cap. 5. Eliam primum colenda virginitatis auctorem, ac obedientia, & paupertatis prototypum appellat.
Hanc magnam obedientiam ejus perpende, & invenies totam ejus vitam secundum fere omnes

3. Reg. 17. Lyranus. Abulen. Sanchez.

3. Reg. 18.

3. Reg. 19. Joan. Jerof.

Abulen.

5. Reg. 21.

4. Reg. 1.

4. Reg. 2.

4. Reg. 2. 44.

omnes actiones fuisse sub divino præcepto, ac instinctu, ita ut à Deo plusquam viginti præcepta ei data sint Primò dum pluvia sterilitatem denuntiat. *Si erit annis his vos; & pluvia, nisi iuxta oris mei verba* 3. Reg. 17. num. 2. Hæc dixit, ut observant Lyranus, Abulenſis, Gaspar Sanchez, ex Dei mandato, ac ordinatione, & inde tam impavidus, ac minime dubitans de exitu talem sententiam promulgavit secundò. *Vade, & abscondere in torrente Carith.* ibidem num. 3. Tertiò *Vade, in Sarephtha Sidoniarum.* ibidem n. 9. Quartò, *Vade, ostende te Achab, ut dem pluviam super faciem terra.* 3. Reg. 18. num. 1. & in sacrificio in Monte Carmeli, multa sunt ei mandata imposita. Quinto dixit Achab, *Congrega ad me universum Israël in Monte Carmeli* ibid n. 19. Sexto dixit Elias Prophetis Baal *Facite vos primi, quia plures estis.* Ibid. num. 25. Septimò Curavit, *Altare, & tulit duodecim lapides.* Ibid. num. 31. Octavò, *Divisit per membra bovem, & posuit super ligna.* Ibidem n. 33. Nonò ait *Tollite quatuor hydrias aque, & fundite super holocaustum.* Ibid. num. 34. quæ omnia ei fuerunt imposita ex præcepto divino, ut ipse dixit in sua oratione. *Ego servus tuus juxta præceptum tuum feci omnia verba hæc.* Ibidem num. 36. Decimò. *Abiit quocumque enim ferebat voluntas.* 3. Reg. 19. num. 3. explicat Joannes Jerosolymit. *Quocumque enim ferebat voluntas Dei.* Undecimò sub Junipero ait ei Angelus. *Surge, comede grandis tibi restat via.* Ibidem num. 5. Duodecimò in Horeb, Præcipit ei Dominus. *Vade & revertere per terram tuam in desertum.* Ibid. num. 15. quod erat non per rectam viam, sed longiorem, ut observat Abulenſis, Tertio decimò. *Cumque perveneris illuc; unges Hazael regem super Syriam.* Ibidem num. 25. Quarto decimò *Jehu unges regem super Israël.* Ibidem num. 16. Quintodecimò, *Elisæum unges Prophetam pro te.* Ibid. n. 16. Sextodecimò. Cum Achab, pergeret ad possidendam vineam. Naboth, factus est sermo Domini ad Elias. *Descende in occursum Achab. occidisti, insuper & possidisti.* 3. Reg. 21. n. 19. Decimoseptimò cum nuntii Regis Ochoziæ tenderent ad consulendum Beelzebub, cum Accaron, Angelus Domini locutus est ad Elias, *Surge, & ascende in occursum nuntiorum Regis Samariæ.* 4. Reg. 1. n. 3. Decimooctavò aliud mandatum circa Quinquagenarium, *Locutus est Angelus Domini ad Elias, descende cum eo, ne timeas.* Ibid. num. 15. Decimondò, cum Elias esset elevandus in cælum, ait ipse ad Elisæum. *Dominus misit me usque Bethel.* 4. Reg. 2. n. 2. Vigemò Iterum; *Dominus misit me usque Jericho.* Ibid. num. 4. Vigemimo primò, Dixit ad Elisæum, *Dominus misit me usque in Jordanem.* Ibid. num. 6. semper Elias totus erat sub Dei obedientia à spiritu Domini ferebatur ad omnia, ad hunc, & illum locum, ut ei dixit Abdias 3. Reg. 18. n. 12. Cum recessero à te, spiritus Domini asportabit te in locum, quem ego ignoro. Et hæc de causa post raptum Eliæ filii Prophetarum miserunt quinquaginta viros ad requirendum eum, quia spiritus Domini asportabat eum ad varia loca 4. Reg. 2. n. 16.

Ecce tota vita Eliæ sub divino præcepto

ac dispositione erat; ex quo profunde summam, & altam ejus obedientiam considera. Nam tot præceptis impositis, & in re valde difficili semper obmutescens mandata exequitur, nec unquam ad aliquod Dei præceptum, nec minimum verbum respondit, ut fecerunt multi alii Propheta. Moyses cum destinatur legatus ad Pharaonem, multas objectiones proponit, ut multa capita scripturæ restantur Exod. 3. & 4. Samuël cum mandatur ungere Davidem in Regem, multa contradicta opponit *Quomodo vadā audiet enim Saul, & interficiet me* 1. Reg. 16. n. 2. Cum Isais præcipitur ad prædicandum populo, ut pollutum labiis se excusat. *Vir pollutus labiis ego sum.* Isais 6. n. 4. & Jeremias cum ad inferendum populum constituitur, ut puerulum ineptum se excusat. cap. 1. n. 6. Dicens *A, A, Domine Deus ecce nescio loqui.* At Elias tot, tantisque præceptis impositis semper obmutescens mandata adimplet, & ne ad aliquod ex eis, nec minimum verbum profert, quo aperte indicatur singularis ejus obedientia, animusque totus in Deum resignatus, singularisque ejus obedientia, ac efficax propositum, & votum obediendi Deo in omnibus, ac sequendi ejus voluntatem in omnibus, quæ est perfectissima obedientia, in supremo Religionis capite. Perfecta obedientia non habet os ad dicendum, ac contradicendum, ac animum promptum ad exequendum, ac obediendum. Inde Gravina citatur Elias appellat obedientiæ prorotypon. Platus lib. 2. de bono itatus Religiosi c. 20. Turrianus lib. 5. c. 2. *Exemplar obedientiæ.*

In virginitate Elias valde præclarus, ac insignis D. Ignatius discipulus Sancti Joannis Evangelistæ in Epistola ad Philadelphios, Elias, ac Elisæum commemorat inter eos, qui in castitate de hac vita exierunt. S. Epiphanius in libro, seu sermone *Ancoratus* appellato ait: *Elias erat in virginitate, ut prerogativa virginitatis immortalitatem predicaret mundo, & cum corpore incorruptibilitatem.* D. Ephrem Syrus exhortatione 1. ad Monachos, & serm. de transfiguratur. Tertullian. lib. de Monogamia cap. 8. D. Chryostom. de Virginit. D. Ambrosius lib. 1. de virginitate D. Hieron. ad Eustochium scribens ait, *D. Hieron. Virgo Elias, virgo Elisæus, virgines multi filii Prophetarum.* D. Gregorius Mag. homil. 29. in Evangelia, Cassianus de institut. *Dennunc cap. 1. & lib. 6. de spiritu fornic. c. 4.* D. Anastasius Sinaita lib. question. 9. 66. S. Aldemus de laudibus virg. c. 10. D. Thomas in 4. dist. 49. quest. 5. art. 3. questio 10. ad 3. Glossa ordinaria c. 55. Jeremie. Joannes Soares Episcop. Conimbriæcen. in c. 2. *Matth. iii. 1.* Ita ut dicat Gaspar Sanchez vir doctissimus, 3. Reg. 17. n. 6. ait. *4. Reg. 2. n. 2. Elias virginitatem coluisse perpetuam, communis est veterum Patrum, constantique sententia.* Inde infero quod curru igneo. 4. Reg. 2. raptus est ad cælum, ut ostenderetur, quod igne concupiscentiæ non fuerit adustus, sicut de Beato Britio refertur in Breviario die 13. Novembris. *Quod ut ostenderet se concupiscentiæ igne non fuisse combustum, prunas ardenes ad sepulchrum usque Beati Martini in vestimento incombusito detulit.*

Imo Elias primum fuisse, qui virginitatem perpe

46.

QUESTIO VII.

Eximia obedientia, paupertas & castitas in Elisæo, ac filiis Prophetarum.

SUMMARIUM.

- 49 Maxima promptitudine Elisæus obediit, & sequitur Eliam.
- 50 Ut Elisæus dicat ultimum vale parentibus, facultatem petiit ab Elia.
- 51 Elisæus dimittit omnia sua, ut expediret stat ad sequendum Eliam.
- 52 Ingens obedientia filiorum Prophetarum ex quadruplici ratione, & num. 53. 54. 55. & 56.
- 57 Ingens paupertas Elisæi ex quadruplici ratione demonstratur, & n. 58. 59. 60. & 61.
- 62 Paupertas filiorum Prophetarum ex triplici ratione colligitur, & n. 63. & 64.
- 65 Puritas, ac castitas in Elisæo, ac filiis Prophetarum, & n. 66. & 67.

Obedientia Elisæi.

Obedientia Elisæi aliqualem umbram, ac vestigium dat obedientiæ Apostolorum ad Christi sequelam, ut ponderat D. Chryostomus homil. 14. ex variis Matth. agens de vocatione Apostolorum, & ait: *Perpende fidem, & obedientiam vocatorum: cuncta illi re relinquentes fecerunt, quod Elisæus quoque sub Elia legitur implese, talem Christus obedientiam à nobis exspectat.* Hanc autem suam obedientiam in multis ostendit Elisæus: nam cum eum vocasset Elias, ac miseret pallium suum super eum, tali signo ipsum in suo statu, ac discipulorum suorum numero adscribens, ut tali vestitu tanquam novitii nova veste indueretur, ut observant Sanchez, Cornelius, Menochius, qui statim relictiis bobus cucurrit post Eliam, 3. Regum 16. num. 20. Perpende verba statim, id est, absque ulla mora, dilatione. *Cucurrit*, non dicitur ixit, sed cucurrit, ut vehemens obedientia promptitudo magis declararetur, ac exprimitur, & subdit: *Osculer oro patrem meum, & matrem meam, & sic sequar te.* Erat antiqua consuetudo apud Hebræos dimittendi cognatos patris osculo, ut observant duo primi citati Auctores, quo denotabatur non amplius esse revertendum ad eos. Abulenſis ad citatum 19. Regum quest. 23. & ait: *Elisæum in sequela Elia recessisse ab amicis, cognatis non reverſurum ad statum illorum, quemadmodum Apostoli Petrus, & Andreas, Jacobus, & Joannes, ac Matthæus secuti sunt Christum.* Apostoli secuti sunt divinum Magistrum integro animo obediendi ei in omnibus, sic & quodammodo alicui similitudine, non tamen eadem perfectione Elisæus secutus est Eliam.

Et ait Elisæus, *Osculer oro patrem meum, & matrem meam, & sic sequar te.* Elisæus accepto pallio Elia tanta obedientia se cognoscit illius subditum, ut sibi persuadeat, ut illud, quod velut secundum naturæ jus videbatur

Joan. Jerof.

D. Isidor.

Gravina.

47.

Joan. Jerof.

D. Chryl.

Cassian.

D. Isidor.

Theodor.

Salian.

Bellarmin.

4. Reg. 1.

Lyranus.

Abulen.

Sanchez.

Cornel.

3. Reg. 17.

48.

Hebr. 11.

D. Chryl.

Euthym.

Theophyl.

D. Remig.

Theodor.

P. Ansel.

Interlin.

Gloss. Ord.

Carthus.

Hugo.

Cæteran.

Justinian.

Lyranus.

Cornel.

Eftius.

Chrylosi.

4. Reg. 2.

perpetuam propter Deum, inter homines coluisse, affirmat Joannes Jerosolymitanus lib. de Institutione Monachorum, cap. 9. & ait: *Elias nempe, ut per puritatem castitatis, & incorruptionem sua carnis, equaretur Angelis ad conservationis imitationem, se ipsum (proprietate virginis) perpetua primus hominum sponte decoravit.* Divus Isidorus lib. 2. Officiorum, cap. 17. ait: *Eliam primum sacra Virginitatis integritati studuisse.* Gravina lib. Vox Turris p. 2. c. 5. sic de Elia ait: *Quam primum colende virginitatis auctorem Patres, & Doctores appellant.*

In paupertate illustrissimus, ac admirabilis est Elias, ut explicat Joannes Jerosolymitanus de Institutione Monachorum, cap. 9. & maxime nobis eam explicat D. Chryostom. lib. 3. de Providentia, ait, quod Elias ita pauper, ut nihil illi terrenum præter melotem esset, & homil. 2. ad populum Antioch. ait, *Quid enim die nihil Elia pauperius, & statim subdit: Ipsam vero paupertatem ex mentis opulencia elegit, & homil. 46. in Matth. ait, Unde mirabilis factus est Elias, nonne à renuntiatione possessionum.* Cassianus lib. 1. de Institutione, c. 1. Idemque docent D. Isidorus Hispalens, Theodoretus Salianus, Bellarminus, dandi questione sequenti, quod patet ex tota ejus vita, quia ut dicitur 4. Regum 1. n. 8. *Vir pilosus, & zona pellicea accinctus renibus:* quia ob suam extremam paupertatem tali indumento utebatur, ut notant Lyranus, Abulenſis, Gaspar Sanchez, Cornelius & hæc de causa tempore sic citatis, ac famis, ut notant iidem Auctores, Missus est in torrentem Carith, & in Sarephtha Sidoniorum 3. Regum 17. num. 13. & 9. tam ut recederet ab ira, & furore Achab, tum etiam quia tempore famis cum populus maxime illa laboraret, non habebat unde ex elemosynis posset alimentari.

Et hoc maxime probatur ex Apostolo ad Hebræos 11. num. 3. ubi de Patribus antiquis ait: *Circumciserunt in melois in pelibus capris egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus.* Sub quibus verbis Apostolus signatim intelligit Eliam, ut ipsum expresse dicunt, & nominant Divus Chryostomus, Euthymius, Theophylactus, D. Remigius Theodoretus, D. Anselmus, D. Thomas, ibi, & 2. 2. q. 1. in argumento, ubi expresse ait, quod Apostolus præcipue intelligit Eliam, Glossa Interlinearis Glossa Ordinaria, Carthus. Cardinal. Hugo, & Cæteranus Benedicti, Justinian. Lyranus, Cornelius, Estius, ait Apostolus *Circumciserunt*, erant aberrantes huc atque illuc, ut effugium quærens ab adversariis Jezabele, ac aliis, *In melois* hic potissimum videtur alludere ad Eliam, per melotem denotatur pellis cujusvis animalis quadrupedis, ut Ovis. Elias talibus pellibus utebatur. *Vir pilosus zona pellicea, &c. egentes;* ex Syria eo legitur egentes pane quotidiano. In quo indicatur summa paupertas Eliæ, tam ex vestitu, quam ex cibo, & inde merito ait Chrylosi. *Nihil illi terrenum præter melotem.* Unde quando rapitur curru igneo pallium, seu melotem dimisit discipulo Elisæo 4. Reg. 2. ut dimissis terrenis posset volare in cælum.